and paid the first assessment, shall by paying an annual assessment of *ten dollars*, have the right to take out Books in the same manner as the Proprietors ; provided, however, that this right shall cease upon failure to pay this annual assessment, and that no person shall have a right to take out any Book till all assessments and other dues are paid.

II. Any person entitled to take out Books under the last article, may have, at any one time, three Volumes.

III. Books may be kept out of the library one calendar month, and no longer, and every person shall be subjected to a fine of twenty cents a week for every volume retained beyond that time.

IV. Every book shall be returned in good order, regard being had to the necessary wear of the book, with good usage. And if any book shall be lost or injured, the person to whom it stands charged shall replace it by a new volume or set, if it belonged to a set, or pay the current price of the volume or set to the librarian ; and therupon, the remainder of the set, if the volume belong to a set, shall be delivered to the person so paying for the same.

V. All books shall be returned to the library for examination on the second Wednesday of May annually, and remain one fortnight. And every person then having one or more books, and neglecting to return the same, as herein required, shall forfeit and pay a fine of one dollar.

VI. When a written request sha ll be left with the librarian for a particular book then out, it shall be the duty of the librarian to retain the same, for the person requesting it, for one day after it shall be first returned.

VII. The librarian will attend, for the delivery and return of Books, from noon till two o'clock every day, Sundays excepted.

VIII. The Trustees may, on special occasions, permit any person to use the Books belonging to the Athenæum, under such restrictions as they may think proper to impose.

IX. Very rare or costly Books, which cannot easily be replaced, are not to be taken from the Athenæum, except by a vote of the Trustees ; and the new periodical Publications and the new Works imported from Europe, shall be withheld from circulation, so long as the Trustees may deem expedient.

N. B. Persons sending for Books are requested to make a *written* order for them, and mark in it the *number* of the shelf and the *first* words of the titles as they stand in the printed catalogue.

DISPUTATIO PATHOLOGICA

DE

ARTERIÆ CAROTIDIS

ANEURISMATE.

DISPUTATIO PATHOLOGICA

DE

ARTERIÆ CAROTIDIS ANEURISMATE;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,

D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NECNON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU, ET NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ DECRETO;

Pro Gradu Doctoris,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

JACOBUS VOSE,

NOVI EBORACI CIVIS.

Pars affecta sæpissime, imo fere semper ob arterias carotides, collum est; observavi tamen illud in genubus et brachiis.

PAULI BARBETTE. Opera Med. et Chir. Lib. ii. cap. iii.

Prid. Id. Septembris, horâ locoque solitis.

EDINBURGI:

EXCUDEBANT ABERNETHY & WALKER.

1809

SAMUELI BORROWE, M. D.

SUO CARISSIMO AMICO,

VIRO

MAXIMA URBANITATE ET BENEVOLENTIA

PRÆDITO,

QUI PRIMUS MEDENDI SCIENTIA SUAM MENTEM IMBUIT,

ET SUMMA OPE ET BENIGNITATE

JUCUNDA REI MEDICÆ

NOVA STUDIA

REDDIDIT;

HANC DISSERTATIONEM,

ANIMO GRATO ET BENEFICII MEMORI

CONSECRAT

ALUMNUS

AUCTOR.

CAROLO BELL,

CHIRURGO PERITISSIMO,

QUI SE

ANATOME ET RE CHIRURGICA,

EA QUA TANTOPERE ELUCET EXCELLENTIA INSTRUXIT,

ET AMICITIA MAXIMA PROSECUTUS EST;

HOCCE OPUSCULUM,

QUA PAR EST OBSERVANTIA,

DICAT

ALUMNUS

AUCTOR.

ASTLEY COOPER,

SOCIETATIS REGIÆ SOCIO,

ARTIS CHIRURGICÆ PRÆCLARO ORNAMENTO,

PRÆ MAXIMO STUDIO QUO OMNES OCCASIONES ARRIPUIT

SE MEDENDI SCIENTIA LOCUPLETANDI,

ET QUI AMICITIA NUNQUAM OBLIVISCENDA

EXORNAVIT;

HANC DISSERTATIONEM,

SUMMA REVERENTIA,

SACRAT

ALUMNUS

AUCTOR.

NECNON,

JOANNI BELL,

REI CHIRURGICÆ

CULTORI SPECTATISSIMO,

INGENIOQUE ACERRIMO ORNATO,

QUI SECUM BENIGNITATEM MAGNAM COMMUNICAVIT;

HANC DISSERTATIONEM,

SUMMÆ OBSERVANTIÆ

EXIGUUM SED SINCERUM

TESTIMONIUM,

OFFERT ET DEDICAT

AUCTOR.

Presented to Mr Jn Revere for the Boston Athenæum by the Author.

DISPUTATIO PATHOLOGICA

INAUGURALIS

DE

ARTERIÆ CAROTIDIS

ANEURISMATE.

NISI paucis abhinc annis, aneurisma arteriæ carotidis semper in fatum desiit, et malo insanabili fuit habitum. Nondum ars chirurgica operam contulerat ad mortem differendam, aut diras ærumnas hujus morbi inveterascentis leniendas, donec ille præclarus chirurgus ASTLEY COOPER, ea tanta solertia et animi fortitudine quibus enitet, primus omnium audebat, (sententia quorundam medicorum maxime celebrium, cum veterum,

tum etiam hodiernorum strenuissime oppugnante), arte tempestiva adhibita, morti miserum eripere.

Quis sermo, quæ reverentia illum tantum virum rite laudaret, de genere humano optime meritum? Non meis tantulis eget laudibus, quem colunt et admirantur omnes;—columen et ornamentum artis nobilissimæ, et primum decus scholæ omnium principis ad practicam medicinam chirurgicam ediscendam: qui, animo æquo inter *operationes* gravissimas et difficillimas, sibi jure peritiæ conscio, manu firma, notitia lucida et amplissima legum humanum corpus regentium, et summa felicis exitus inde derivata fiducia, arteriam carotidem ligare audebat, et ita, temporis momento, dimidio fere alimento illud viscus privare, quod motum, sensum, imo ipsam vitam cæteris ministrat. Tantus et tam felix conatus apud rei chirurgicæ historiam principem locum meretur; neque parva gloria nostram Britanniam illustravit, præ cæteris gentium hac arte insignem.

Illos præclaros et peritiores medicos, quorum animi magni et generosi pessimum istum effectum, invidiam, dedecus teterrimum humano generi oderunt, invoco et appello, mecum gratias tam debitas illi viro tribuerent, qui rem chirurgicam adeo dignitate adauxit, qui tanto periculo et metu miseros liberavit. Procul absit inhonestus et turpis livor; publicis fruatur honoribus; colant omnes boni, omnes hujus artis salutiferæ cultores eximii.

Huic illustri homini, cujus merita insignia malignæ auræ invidiæ non possunt obscurare; cui ingenium reverentiam, privatæ virtutes amorem omnium conciliârunt, hoc sacro opusculum. Præ sua benevola et liberali in me amicitia; præ multis, in me non rogantem, collatis beneficiis; præ maxima benignitate qua, quantum suæ opis erat, omnes arripuit occasiones me medica scientia provehendi ejus alumnum; libentissimo et gratissimo animo, quantum illi debeo, quanti istas virtutes suas æstimo, confiteor; non quod ullæ grates meæ

eum honorare possunt, sed quod persolvendo onere expedior.

In brevi et regulari historia proferenda aneurismatis arteriæ carotidis communis, et operationis ab Astley Cooper nuper propositæ, et exitu felici peractæ, quidam putent me debere de hujusce morbi tanti momenti natura ea memorare, quæ ex auctoribus diversis, et hodiernis fontibus optimis colligi possunt. Talis equidem introductio hujusmodi tractatui apta mihi semper visa est; et, ut hoc consequerer, sedulo scrutatus sum et veterum et recentiorum opera, quæ in apricum rem proferrent; qui labor tamen minime votis respondit, neque præmio non excidit. Permulti casus, qui anno priore Londini nosocomiis paucis acciderunt, quam sæpe nunc evenit hoc malum, satis demonstrant; et sequens oratio insignis ex Barbette celeberrimi operi bus, quam a communi usu alienam *insigne*

elegi, tametsi parum accurata esset, nihilominus permultarum occasionum uni homini datarum hujus morbi perspiciendi anno millesimo sexcentesimo amplum testimonium præbet. "*Pars affecta sæpissime, imo fere* "*semper ob arterias carotides, collum est ;* "*observari tamen illud in genubus et bra-* "*chiis.*" At lugendum est, auctorem nihil addidisse quod ejus sententiam confirmaret de re tam utili tamque insolita. Quomodo auctorum plerorumque optimorum hac de re silentii adeo miri rationem reddamus? In auctorum veterum Latinorum plurimis, quos alienum foret enumerare, hujus morbi unum exemplum accurate designatum vix reperiendum; quamvis ad casus insolitos colligendos occasiones maximæ datæ, et operum quam plurima volumina ab iisdem conscripta sunt. A gallicis scriptoribus vix aliquid gravis de hac re scriptum est, exemplo utilissimo et notatu dignissimo a Petit memorato excepto, Auctores gallici quos ego scrutatus sum, nulla exempla morbi propositi præbuerunt. Ho-

rum inclytorum chirurgorum tanti labores qui auxerunt et locupletarunt chirurgicorum commentariorum collectanea optima quæ unquam in lucem venerunt, viz. "*Les Mémoires de l'Academie Royale de Chirurgie,*" nil adhuc ad scientiam nostram de hoc morbo augendam contulerunt. Celeberrimus Dessault etiam, inter clarissimos chirurgos qui unquam in Gallia floruerunt, scientiæ chirurgicæ fontibus ipsis quoque fruens, et facultate cognoscendi quodque morbi genus Parisiis, ubi artem exercebat, et ut casus chirurgicos insolitos et utiles recordetur, tractatum periodicum ad hoc ipsum edidit: inter tam multa memoratu digna, omnino hunc morbum, cui sæpe ei occurrendum erat, præteriit,—morbum qui nunc et semper in futurum chirurgi et pathologi attentionem propriam non poterit non vindicare. Italici scriptores clarissimi, inclyto Scarpa excepto, æque tacent: et operum Anglicorum de re proposita sterilitatem credo non opus esse memorare; et exemplo utili quod Joannes Bell celeberrimus pro-

tulit, in opere præclaro de tumoribus, necnon isto imperfecto apud opus cui nomen *London Medical and Surgical Observations* exceptis, nequeo reperire hunc morbum unquam memoriæ proditum. Pathologus illustris Bailey hanc observationem brevem tantum habet: "I once met with an aneurism in each of "the carotid arteries, at the origin of the in-"ternal carotids."

Quomodo igitur, iterum interrogarem, in morbi historia adeo frequentis et tantum discrimen habentis, tanti hujus defectus rationem reddamus? Mihi videtur illud tantum huic causæ attribui posse,—quod eum medici insanabilem et spei prorsus expertem judicarunt. Ut jam memoravi, morbum solum immedicabilem repræsentare noverunt; et chirurgus nil moliens, diram cohortem symptomatum ægrotum tentantium, magnum tumoris incrementum comitantium observare cogebatur, hanc arteriam amplam impedientis, unam ex venis præcipuis cervicis opprimentis, et respirationi deglutitionique obstantis; donec

tandem ærumnis confectus, miser auras hauriat supremas, apoplecticus forsan, vel etiam propter tardam sacci aneurismatici ac integumentorum exulcerationem moriens profluvio sanguinis; vel ex improviso absumptus aut furore agitatus, ubi sanguinis impetus repertinus et vehemens versus cerebrum dirumpit tunicas tumoris arteriosi non renitentes; et æger, totum per corpus flumine sanguineo manante, eripitur. Tales plerumque exitus hunc morbum inexorabilem tamque sæpe chirurgo apparentem, et auxilium præsentissimum requirentem, et clementiam postulantem, habiturum esse necesse erat. Quantum lugeret medicus, pectore misericorde beatus, conspiciens morbum tam funestum, tamque spei expertem; artis impotentiam invitus agnoscere coactus, et solicitus se subducere ærumnis quibus succurrere nequit! Possumusne mirari chirurgum quamprimum oblivisci conari non solum clementiæ nil juvantis, sed etiam morbi ipsius qui suam peritiam eluserat, et in ejus sententia,

summa artis præstantissimæ conamina, cui excolendæ vitam sacrâsset. Animum circa morbum propositum indifferentem, spes frustratæ sibi socium attulerunt. Res necessario ita se habuit apud chirurgos, quibus hoc malum facultas testandi tam sæpe dabatur, et qui tamen ad rem resolvendam tantas vires nunquam applicuerunt, aut in medium protulerunt quæ de hac re in mentem venerant. Morbus, dicerent, sine dubio est lethalis, et ejus symptomata vix levanda; igitur artis nostræ peritissimi attentionem excitare non possunt historiæ morbi immedicabilis lethalis, quæ nihil nisi nostrum testimonium hujus rei notissimæ docerent. Aneurismatis insolitum profecto genus ejus morbi in genere pathologiam quodammodo elucidaret; sed, ut affirmarent, dictu difficile est quantum aneurisma carotidis, præ aliarum arteriarum aneurismate, ad hoc valeret. Hæ mihi videntur esse causæ, cur scriptores adeo indefessi, et qui opera summa casus collegerunt, de hoc tacuerint. Et his perpensis, tam pauca in

chirurgiæ scriptis de carotidis aneurismate invenire, mirari non possumus: nec jure chirurgorum veterum negligentiam reprehendamus; nam quam minime eos accusare de ea corporis humani legum ignorantia, ex qua inter omnes conveniebat hoc malum immedicabile esse, foret ejusdem culpæ, chirurgos omnes interrogare qui antehac floruerunt; tantum intra angusti terminum ævi, Dominus Cooper primus omnium conatus est carotidis aneurisma sanare, et sanationem præstitit.

Cum eos auctores ex quibus nil possit derivari, quod argumentum illustraret, memoravi, nunc consilium est eos nominare, quorum operum mea indagatio felicius evenit. Hoc facere statuo notis generalibus, et exemplis proferendis hujus morbi quorum sunt recordati: quodcunque hæ historiæ mihi suggerant dilato, donec huic parti disputationis finem imposuerim, quam finiam iis prolatis quæ nuper in nosocomiis Londini quibusdam acciderunt, inclytis ibi chirurgis artem exercentibus; et casibus memoratis quos

testati sunt Dominus Cooper artem exercens, necnon exemplo et operatione recentiore a Domino Cline peracta.

Varii casus carotidum tormentis et ferro ictarum, et antiquis et recentioribus chirurgicis militaribus occurrunt; sed adeo obscure descripti, ut nil momenti inde colligatur. Equidem ex carotidis magnitudine, partium ei vicinarum natura, et conditione hominum vulnera talia passorum, (plerumque in pugnæ tumultu, ubi tempestivum non ferretur auxilium), tantum abest, ut talia vulnera in aneurismata dilatentur, ut sine dubio sæpissime ægris præsens exitium attulerint. Casus duo memorantur, ubi carotide *interna* globulo plumbeo e sclopeto emisso vulnerata, ibi aneurisma formatum erat. Unus ex his ab Acrell * memoratus, compressione ad sanationem perductus est. Alter huic similis a Vano Horne, in ejus notis Botalli operi subjectis, *de vulneribus sclopetis*, enunciatur.

---

* Chirurgische forfälle, 1. Band. p. 255.

Habenstreit in tomo quinto operis chirurgici Domini B. Bell translationis meminit casum, qui ei occurrebat, ubi carotis interna tumore schirroso exciso vulnerabatur: profluvium sanguinis copiosum quod exinde secutum est, nisi chirurgus animum præsentem habuisset, et arteriæ canalem ligâsset, ægro animam statim extinguisset; operatio bene respondit, et æger multos inde annos vivebat. Quantum inter se discreparent, quod ad vitæ discrimen carotidis internæ aut externæ vulnus, et communis utriusque trunci vulnus, adeo manifestum est, ut non commentarium postularet. Quod ad probabilitatem majorem, vulnus carotidis internæ in aneurisma desiturum esse, dignum est observatu multa ad hoc operam conferre; arteriæ, nempe, sedem profundam, partium ambientium pressuram magis impedientem sanguinis exitum aut diffusionem, &c.: nil dubii est quin effectus etiam vulneris externi amplitudine, et vulneratæ arteriæ majore vel minore parte nudata multum afficeretur, æque ac magnitudine vulneris arte-

riæ ipsius. Aneurisma forte accideret ex vulnere per sclopetum inflicto, in parte quadam sui circuli tunicas arteriosas contundente, et irritabilitatem extinguente, parte mortua postea separata in squamis; sed hujusmodi casum in auctoribus invenire non potui.

In his conatibus temerariis, cum aliquis ad sese necandum novacula aut alio instrumento arteriam carotidem vulneret, aneurisma sæpe occurrere nonnulli putarent; sed hoc non accidere, ex alto silentio de hac re, et talium casuum fine solito infelici, apparet. Suicidam anatomes indoctum, carotidum canalem raro vulnerare satis constat, incisione plerumque juguli in ea parte facta, ubi arteriæ eæ profundiorem situm habent, et musculo mastoideo et larynge teguntur. Vulgo tamen os hyoideum a cartilagine thyroidea penitus sejungitur, ligamentis divisis quæ conjungunt; et rarius equidem, quamvis aliquando, cartilago thyroidea ipsa vulneratur, multis incisionibus laceris factis, quia est difficile in profundum penetrare: sed eruditior aut paratior ad

facinus in se perpetrandum, carotidem patefacit vulnero tanto, ut auxilium, quamvis propinquum, vix morti eriperet *.

Harderius carotidis externæ vulneris recordatur in aneurisma desinentis, ubi aneurisma sanare tumorem incidendo primo conabatur; inter curationem æger hæmorrhagia mortuus est †. Vide Append.

Rumlerius hominis casum memoriæ tradit, cujus carotis sinistra, dum magnum onus tolleret, capite et cervice valde reclinatis, rupta fuit ‡.

Celeberrimus Hallerus § in opusculis pathologicis, carotici aneurismatis exemplum

* Etiamsi hæmorrhagia, compressione, vel ullis aliis modis reprimeretur, parum spei ægrum superstitem fore donec aneurisma formetur; quia in unoquoque vulnere carotidis communis pars vaga plerumque dissecatur; qui casus fortuitus lethalis putatur.

† Harderii in Apiario Observ. Obs. 86.

‡ Walchii Curat. et Consilia, Obs. 81.

§ Halleri Opusc. Pathol. Obs. 4.

prodit, quod, quamvis solita illius præstantissimi pathologi accuratio maxima sit, tamen, quantulum hujus morbi historiam et pathologiam notaverat aut perspexerat, nimis alte ostendit. Vide Append.

In Londini Observationibus et Investigationibus Medicis *, quædam adhuc minus utilia, et magis manca, de carotici aneurismatis casu sunt edita. Vide Append.

Carotici aneurismatis casus spectatissimus, et forsan ornatissime depictus a Petit †, merito celeberrimo memoratur, ubi arteria sponte sua sanescebat; et ægro paulo post moriente, canalis carotidis affectæ ab origine usque ad tumorem aneurismaticum deletus esse inveniebatur, qui situs erat ad divisionem arteriæ. In tractatu de hoc argumento gravi, quo tam pauci casus bene depicti inseri possunt, minima quidem ex parte omittere progressus, terminationis, et dissectionis historiam hujus

* Medical Observations and Inquiries, vol. vi. art. 4.

† Mémoires de l'Acad. des Sciences, An. 1765.

singularis, et ad docendum accommodati casus, valde alienum foret. Vide Append.

Celeberrimus Abernethy * observationes quasdam edidit de carotidem communem vinciendi effectibus, e casus exitu lethali originem ducentes; in quo arteriam ligaverat, quod erat unico auxilio quo miserandus morti eriperetur, quem vacca cornibus petiverat, et qui in Sancti Bartholomeii nosocomium vectus erat, carotide interna et carotidis externæ ramis magnis oblique laceratis, et sanguinem vehementer effundentibus.

Clarissimus Joannes Bell †, cujus nomen mihi semper carissimum erit, in opere *de tumoribus* tam merito æstimato, aneurismatis carotici casum tradidit, quem in hujus morbi historia, propter utilitatem et auctoris facundiam, verbis ejus ipsissimis tradam. Vide Append.

---

* Abernethy's Surgical Observations.

† John Bell's Principles of Surgery, vol. iii. part 1.

Professor Scarpa * in ejus utilissimo opere *de aneurismate*, duo maximi momenti exempla memorat; sed auctor doctissimus sententiam dilectam omni testimonia stabiliendi infeliciter nimis studiosus fuit, ut ad utilium rerum pathologicarum varietatem, debitam attentionem daret, quas casus gravissimi tantas opportunitates investigandi præbebant. Vide Append.

Casus proximus aneurismatis carotici, cujus certior factus sum, iste est qui Domini Cooper ingenium, impavidum, et acerrimum, vires omnes impendere primum perduxit, ut carotidem ligando sanaret.

Casum secundum, qui Domino Cooper contigit, et cui exitus felicissimus fuit, per progressum totum, ab operatione usque ad sanationem perfectissimam, mihi videndi felicitas fuit. Igitur, Domino Cooper permittente, notas meas subjiciam, omnibus ab sermone

* Sull' Aneurisma Riflessioni ed Osservazioni Anatomico-Chirurgiche di Antonio Scarpa.

instituto deflectentibus omissis, donec hanc propositi partem absolvero.

In Octobre anni præcedentis mense, Dom. Cooper mihi memoravit quendam amicorum, paucis ante diebus, dum cadaver scrutaretur, carotide utraque aneurisma conspexisse. Dom. Cooper eadem tempestate aneurismata singulis diebus crebriora evasisse se opinari dixit.

Primo Novembre, ægrum in Sancti Georgii nosocomio, utriusque carotidis aneurismate laborantem, mihi videndi occasio fuit; sed hujus casus singula notare negotia me vetuerunt. Aneurismatum majus ovo gallinaceo fere æquale erat; utriusque pulsatio tam valida erat, ut procul perspici posset. Æger ipse gravis annis et infirmus erat, tussi assidua et respiratione difficili affectus, quæ ex diuturna pulmonum affectione originem ducere videbantur, sed sine dubio tumore comprimente laryngem multum augebantur: aortam aneurismate esse imbecillam suspicati sumus. Ægri adversa valetudo, ætas, et morbi per totum

systema arteriosum disseminati, Domini Cooper operationem vetabant.

Paucis mensibus post secundam operationem Domini Cooper, Januario, viz. anni præsentis, æger in Sancti Thomæ nosocomium ferebatur, et celeberrimi Cline curæ committebatur, aneurismate magno carotidis dextræ affectus. Paulo post hujus introitum, Dom. Cline operationem peragebat, sed parum felici exitu. Pauca, quæ de hujus aneurismatis progressu, operatione, et terminatione, ex erudito amico Sancti Thomæ nosocomio versanti in epistola acceperim, sequuntur. Vide Append.

Ea parte sermonis cujus est carotici aneurismatis historiam tradere, et casibus et observationibus, quales optimis ex auctoribus, propria observatione, et aliis fontibus colligere potui, jam absolutis, nunc transeundum est ad eas observationes generales de morbi pathologia quas casus singuli necessario suggerant: diffidentia et solicitudine hoc munus ineo, quia in observationibus præcedentibus omnino ducis expers existo. Etiamsi aneu-

risma caroticum, post Domini Cooper operationes, rei chirurgicæ peritorum attentionem summam concitavit, hæc res tamen, *ut investigatio pathologica utilissima,* in nullo tractatu unquam exculta est. Quod ad hujus morbi indagationem, summus fructus sperandus est ex laboribus arduis, et occasionibus fere innumeris, quæ chirurgis et pathologis hodiernis contingunt morbos observandi. Nil adhuc tamen prolatum est, casibus Petit, Bell et Scarpa exceptis, nisi quod nudum, inutile et mancum sit: et quantulum etiam hujusmodi apparuit, satis constat*. Solatium quoddam tamen in hoc conatu deduco, e statu provecto scientiæ nostræ arteriarum physiologiæ, per experimenta nupera Professoris Thomson et Doctoris Jones, tam magnopere elucidatæ; neque facile erit in observationibus de hac re errare, nisi hypothesi ineptæ aut investigationi inutili indulgeamus. Post ea quæ Joanne Bell et Pro-

---

* Vide notam in Append.

fessore Scarpa prolata sunt*, nihil fere amplius dici potest *de generali* aneurismatis *pathologia*: igitur sat erit mihi ad opera pretiosissima eorum duxisse attentionem, qui hujus gravis argumenti rationem lucidam et perspicuam velint. Hic mihi consilium est, carotidis aneurisma tantum tractare, investigare, et exponere, quantum in me sit, vasis hujus sani et morbosi qualitates peculiares, et a legibus tam bene constitutis, quæ, in utroque statu jam memorato, *systematis* arteriosi partes cæteras regunt, non deflectere.

In casu adeo insigni a Petit memorato, in quo ab sede aneurismatis usque ad arcum aortæ, arteriæ canali penitus deleto, natura salutem moliebatur, statim aliquis mirabitur

---

* Hi auctores celeberrimi tumoris aneurismatici veram naturam statuendo, licet magnopere inter se discrepent, (Scarpa aneurismatum diversitatem haud ullam admittente), tamen plerumque de aneurismatis pathologia conveniunt, et tantum necesse est opera tanti pretii consulere, ut omne quod scriptum, aut fortasse scribitur in aneurismatis pathologiam generalem statu scientiæ præsenti discamus.

scrutatorem adeo acrem, et chirurgum adeo inclytum, non inde perspexisse, *operationem* peragi posse in hoc morbo *impune* quoad sanguinis idoneum in cerebro circuitum; eo magis, quod bene intellexit tam faustum naturæ opus vix esse sperandum, et fortasse vix iterum eventurum.

Videatur idem pariter dicendum esse, de omnibus chirurgis inclytis, quibus, ex observationum Petit promulgatione usque ad Domini Cooper primam operationem, plurimæ occasiones obvenerunt morbum testandi, ab initio suo usque ad exitum lethalem, et qui forte perlegerant observationes Petit, sed nunquam auxilii spem ex arteria ligata sibimet proposuerant. Accuratius tamen in animis volventes, morbo jam recentiore et casu operationi opportuno, tantum objici posse, cerebrum subito privari tanta sanguinis copia (quicunque affectus foret); hoc vituperium injustum habere ducimur, et intelligere hanc objectionem casus memorati exitu non prorsus tolli: necesse est ut canalis carotidis tardissime deleatur in

exemplo Petit, et sanguinis motus in cerebro magis magisque sensim impediatur, nempe, præ tumore aneurismatico paulatim amplificato; quo satis temporis sic adhibeatur, ut arteriæ cæteræ cerebri tarde dilatentur, et forsitan pro ratione canalis carotidis affectæ diminutionis. Hinc certe jure dici possit, sanguinis defectum in cerebro nequaquam tantum posse, ut incommodum diuturnum aut grave inde fieret. Dom. Cooper equidem, rei scientia magis lucida fretus, et his argumentis contemptis, fiducia summa perhibuit cæteras varias arterias magnas copiam sanguinis satis magnam, ut muneribus propriis necessariisque fungeretur, cerebro daturas esse; et aneurismate adhuc parvo, et canali arteriæ ideo fere magnitudine solita, nulla præparatione prævia carotidem ligabat.

Prima et præcipua res notatu digna quam, historia casuum Domini Cooper, Domini Cline, &c. perlecta, facile observamus, est tumoris aneurismatici mirabilis incrementi tarditas; hoc maxime miramur, vasis magnitudinem,

cordis propinquitatem, et magnum sanguinis impetum versus parietes arteriæ morbidas consequentem, in animo habentes: quum etiam consideremus causas plerasque aneurismatum tardi incrementi in extremitatibus corporis; fasciarum, nempe, validarum pressuram, et ossium vicinorum renixum, carotidis aneurismati non æque adesse; sed hoc minus mirari docemur, et tanquam fere necessarium et immutabile habere, quum carotidis situm proprium et nexus nobiscum revolvamus. Fascia cellulosa densa et valida, cum vena jugulari interna et parte vaga includitur; hæc fascia undique ea circumfundit, et procul dubio incremento aneurismatis multum obstat. Potenti musculo mastoideo, qui arteriæ partem inferiorem semper premit, fere omnino tegitur: concessa arteriæ debilitate ubi magnos ramos emittit, multo majore quam alicubi, et sanguinis impetu ad ejus latera, ibi etiam magis directe spectante, credo, aneurisma caroticum fere semper accidens e regione laryngis partis superioris, jure proponi auferendæ

pressuræ musculi mastoidei perniciem indicare, utpote aneurisma fieri in hac parte patientis. Anatome nos docet arteriam carotidem, etiamsi ex adverso partis superioris laryngis, et sub maxillæ inferioris angulo, magis tegatur musculo mastoideo et laryngis partibus eminentibus, et ab injuriis externis muniatur, tamen compressioni minime obnoxiam esse: spatio triangulari membrana cellulosa laxa impleto jacet, et e partibus circumjacentibus parum suffulcitur. Sed in ratione reddenda causarum, quæ ad aneurismatis carotici incrementum tardum creandum conferunt, maxime insisterem, effectui fibrarum muscularium quæ platysma myoideum efficiunt: hoc, me judice, plus valeret fasciis extremitatum validissimis ad obstandum tumoris aneurismatici dilatationi celeri. Necesse est ut hujus musculi fibræ legi generali, quæ actionem muscularem regit, obedientes, pro ratione incrementi tumoris subjacentis, vires acquirant; et ex incremento et pressura tumoris quem tegunt, prout res postulent, renixum magis

efficacem præbeant. Fasciæ tendinosæ seu aponeuroses, e contrario, etiamsi aneurismatis incrementum reprimendi majorem vim primo habeant, præ sua distentione tamen, et vi postulata, debilitantur et attenuantur: vis earum vitalis est adeo imperfecta, vasa sanguinea adeo exilia, et sanguinis per eas circuitus tam debilis est, ut pressura et pulsatio magni tumoris aneurismatici in poplite vel inguine, arteriarum actionem penitus compescant, et eas brevissime absorberi sinant. Hoc facile intelligitur, et ab iis prompte agnoscetur, quibus occasio fuit arteriarum, quæ naturaliter subjiciuntur fasciis validis, aneurismata scrutandi, et quæ tantopere dilatatæ sunt, ut tegumenta externa perdiderint. Ex his observationibus de platysmatis myoidei proprio effectu, jure statuamus aneurisma caroticum, eo tardiùs et difficilius ampliatum iri, quo validiores sint vires musculorum; et, dilatationem præcipue iis tardiorem fore, qui bajulorum Londinensium more (viribus musculorum cervicis fere adhibitis) onera

ferre solent, quibusque platysma myoideum valde carnosum et rigidum contingit*. Casus jam memorati hoc uti non absimile quodammodo firmant; nam in casibus a Petit, secundo a Cooper, et eo a Cline memoratis, tumor tardissime increvisse invenietur; in quibus omnibus exemplis mares laborârunt, et duo ex his, nempe ultimi, valde carnosi erant. Sed in casu quem curavit Piccinelli, et in quo post mortem Scarpa partem scrutatus est, supra comprehenso, et in exemplo primo Domini Cooper, et isto a Domino Joanne Bell edito, tumor celeriter increvit, fœminisque malum contigit.

Consentaneum est rebus supra memoratis, ut quamvis, secundum Professorem Scarpa,

---

* Meus spectatissimus præceptor Carolus Bell, in prælectionibus, valde concinnis et ingeniosis in usum pictorum, speciei fibrosæ et asperæ, quam hujus musculi actio in quibusdam animi affectionibus repræsentat, ubi homo robustior et carnosior est, insistere solebat; et bajulis utpote viris validioribus exemplo hujus rei utebatur.

Vide etiam C. Bell's Anatomy of Expression in Painting, p. 64, 65.

aneurismata omnia sunt ejus generis a nonnullis proprie dicti *aneurismata spuria*, et unicum tegumentum proprium tumoris arteriosi tunica cellulosa est *, quæ istis vitiis, ut credo, non obnoxia est, arteriæ tunicarum cæ-

* Egli è da molti anni in quà che nella Scuola ho avvertito replicatamente i miei uditori, che la storia di questa malattia era ancor incompleta, e difettosa. Quindi uno dei principali oggetti che ho avuto di mira nel trattare questo importantissimo argomento si fu quello di dimostrare l'insussistenza della dottrina che comune=mente si insegna nelle Scuole di Chirurgia intorno alla maniera colla quale si forma l'Aneurisma, e di conseguenza l'erroneità della divisione adottata dagli scrittori di queste materie, d'Aneurisma cioè *vero*, *spurio*, e *misto*, *falso primitivo*, *falso consecutivo*, e simili. Imperciocchè, dopo un numero assai considerevole d'osservazioni istituite ne' cadaveri di quelli che sono periti per motivo d'interno, o esterno Aneurisma, ho conosciuto nel modo il più certo, ed incontrastabile non esservi che una sola maniera, o forma di questa malattia ; quella cioè per soluzione di continuità o rottura delle tonache proprie dell' arteria con effusione di sangue nel tessuto cellulare circomposta all' arteria offesa ; alla quale soluzione di continuità dà occasione ora una ferita, ora una steatomatosa, terrosa degenerazione, ora un' ulcera rodente, ora una crepatura delle tonache proprie dell' arteria, l'intima intendo e la muscolare, senza che vi

terarum rupturam facientibus ; et ideo tunicarum sanitas *comparativa* hic considerari non debeat : tamen, dum poplitis, femoris aut inguinis aneurisma cernimus, admodum mensibus paucis tumens, et neglectum hæmorrhagia ægrum sæpe extinguens : contra in casibus plerisque jam memoratis morbum valde gradatim progredientem observamus, et biennio in casu Domini Cline istam molem tantum capientem, quam alia aneurismata fere sex mensibus attingere solent. Attamen carotis magnitudine superat ullam arteriarum extremitatis inferioris, cordi vicina est, et ab aortæ arcu recta ascendit; et necesse est accipiat sanguinem multo majore impetu quam

---

concorra essenzialmente in fare ciò la dilatazione oltre il naturale delle tonache anzidette ; *e che perciò ogni Aneurisma, sia esso interno, o esterno, circonscritto, o diffuso, egl' è sempre fatto per effusione.*

Scarpa. *Prefazione Op. cit.*

Quidam anatomici et physiologi celeberrimi hodierni, inter quos Monroium secundum et Dominum Joannem Bell inclytos nominare sat est, de hac quæstione utillissima quod ad aneurismatis pathologiam a Scarpa dissentiunt.

ulla arteriarum corporis, arteriis proxime ad cor ipsum surgentibus exceptis: hæc res rationem certe meretur, et adducor ut credam eam ad causas quas memoravi jure referri posse.

In casu secundo in quem Dominus Cooper operationem perfecit, duo vel tria signa erant, quæ primo dubia et explanatu difficilia apparent: pulsatio, nempe, tumoris aneurismatici, quamvis, arteria ligata, debilior; gravis dolor capitis, et cerebri motus pulsatilis sensus ante operationem; horum gravium signorum decessio subita quamprimum operatio peracta esset; palpebræ oculi sinistri contractæ, deinde paulatim ad solitum redeuntes quum tumor subsidebat *. Horum primum, nempe, pulsatio tumoris post operationem, contemplationis et conjecturæ multum iis qui ægrum visebant, dum in nosocomio permanserit, præbebat; sed ausim affir-

* Contractio palpebrarum tumori integumenta tendenti, et *illas* ad latus affectum attrahenti deberi videtur.

mare, nullas de hujus rei ratione conjecturas, quas audivi, vel satisfacere, vel ipsi rei consentaneas esse. Quidam equidem æque crediderunt, arteriam satis arcte non fuisse ligatam: alii putârunt, pulsationem ex aliqua arteria trans tumorem currente ortam esse: unicus arteriæ non omnino ligatæ suspicionem insidiose protulit. Primæ opinionis auctores facile se errâsse vidissent, *si tantum considerâssent arteriam inter ligaturas duas fuisse dissecatam.* Sententia secunda, quamvis summa et spectatissima auctoritate nitens, nunquam mihi visa est congruere, aut naturæ peculiari aut vehementiæ pulsationis communicatæ dum tumor premeretur, pulsationis vehementiæ ubi tumor subsidebat gradatim imminutæ, aut solitæ distributioni arteriarum magnarum in has partes. Quod ad ultimam, vix dico *opinionem*, parum ingenuam pertinet; ejus causa nimis apparet ut explicatione digna sit; et nimis absurda est ut commentarium mereatur.

Forsan oratio sequens singularis hujus pul-

sationis manentis meliorem explicationem reddat, saltem unicam quæ mihi videtur rem bene explicare. Tumor ad extremitatem superiorem carotidis communis, et proxime ubi in externam et internam carotidem dividitur, positus erat; verisimile est eum, sua dilatatione harum arteriarum, origines inclusisse. Thyroideæ seu superioris arteriæ laryngeæ origo solita pars carotidis externæ ima est; et ex ipsius carotidis communis parte superiore haud raro oritur; ideoque arteriam thyroideam ex sacco aneurismatico missam esse, concludere mihi videtur haud absurdum: quum arteria thyroidea tum maxime in glandulam thyroideam dispergitur, cum thyroideis inferioribus et suo socio ex adverso communicationibus liberis formatis, sine dubio si circuitus per carotidem ligatura intercluderetur, ex ejus ramulis anastamoticis impetu aucto vim sanguinis majorem acciperet, et, id quod ad rationem majoris est momenti, hunc sanguinem ideo retrogradum acciperet, et in aneurismatis saccum supra carotidis ligatu-

ram eum effunderet. Hujus sanguinis sic effusi in saccum aneurismaticum effectus satis constat; nam impulsus cum omnibus fluidis in eo contentis æque communicatus motum induceret, (secundum *leges hydraulicas,* quæ hic, ubi phænomena vitalia iis semper obstantia absunt, rem satis exponunt,) quamvis vi diminutum, tamen admodum similem pulsationi, antequam carotis fuisset ligata; prout in sacco sanguis in seriem laminarum ad centrum vergentium gradatim concreverat, et sanguinis fluidi in eo contenti quantitas necessario diminuta erat, s nguinis impulsus in tumore paulatim decresceret; donec totus in coagulum verteretur, cum pulsatio necessarie prorsus cessaret. Nulla alia ratio, ut opinor, cur tumoris pulsatio prorsus sedaretur, antequam ipse subsedisset, reddi potest. Hanc pulsationem *secondariam,* ut nominari rite potest, cæterorum ramorum magnorum carotidis externæ ad actionem sciens referre omisi; licet ex aneurismatis sede apparet ulla argumenta quæ

consequentias supra memoratas roborent, ex eorum actione deducta, nullo modo futilia existimari posse : humoris in sacco aneurismatico contenti agitatio, ob sanguinem ex his arteriis in hunc *refluentem*, maxime augeatur, et mole sanguinis congesta, et vi aucta, quam ex *rivi descendentis gravitate* acquireret, scilicet fascialis, et occipitalis arteriarum, &c.

Gravis dolor capitis attentionem proxime meretur : vehemens et pulsatilis erat ; et corpore antrorsum inclinato, vertigo inducebatur. Ex consideratione, hæc signa aneurismatis carotici comites necessarii et constantes viderentur ; et facile conveniunt istis rebus quæ innotescunt, de quorundam mutationum effectu in sanguinis circuitu per cerebrum. Arteriæ sanæ cerebri, hæ autem sunt vertebrales, carotis sana, &c. carotidis aneurismaticæ obstructione tumentes, et vi sanguinis in eas infusi ad motum vehementem excitatæ, hic motus quoque, vi adhuc majore, cum arteriis minutissimis in superficiem

et intra cerebrum communicatus, sine dubio, id organum onerando et excitando, et quandam inflammationem inducendo, dolorum et motus pulsatilis rationem satis redderent. Sed auxilium pervalidum, quod hujus rei gravissimæ investigationes dirigat, habemus, statum nempe venæ jugularis tumori arterioso prementi perpetuo subjectæ. Ad rationem vertiginis effectæ corpore prono reddendam, ubi pressura necessario aucta esset, et sanguinis reditus ex jugulari et aliis capitis et cervicis venis compressis, motu ejus descendente multum impeditus, hujus pressuræ consideratio quoque conferet. Gravior capitis dolor a mentis aut corporis irritatione oriens, præter effectum actionis arteriosæ auctæ directum intra cerebrum, ad molem auctam tumoris aneurismatici, ex carotidis actione vehementi, et jugulari vena magis inde compressa et obstructa, quoque referatur. Quamvis simplex, naturalis, et legibus circuitum sanguinis in cerebro regentibus consentanea, hæc ratiocinatio appareat, rationem reddere

signorum conquiescentium, *ligata arteria carotide,* difficillimum est: confiteor eam me latere, nisi fortasse credere liceat, morbo jam ineunte, arterias vertebrales et carotidem alteram, non eo amplificatas esse, ut *totum* sanguinem, antea fluentem per carotidem affectam, acciperent. Etiamsi concedatur, post arteriam ligatam, arterias sanas validius quam antea micuisse, tamen verisimile est cerebri incitationem et compressionem imminui, *nempe quia arteria ligata minus solito sanguinis accepit.* Neque parvum effectum tribuo venæ jugulari minus compressæ, et regressui sanguinis a cerebro minus impedito, ut primum sanguis arteriosus, arteria ligata, non poterat libere permeare tumorem, et eum valde distendere inter singulas cordis contractiones.

Argumenta jam allata, quæ res abnormes supra memoratas scientiæ pristinæ effectuum circuitus perturbati in cerebri sani munera congruentes faciant, possunt (ut existimare inducor) conclusionibus paucis, casus aneuris-

matis carotici terminatione infelici facile orientibus, cui Cline operationem nuper fecit, multum corroborari et confirmari: cui plenius insistam, quia multas maximi momenti investigationes de hujus morbi pathologia et carotidem ligandi consequentiis comprehendit: sed iterum mihi lugendum, *notas* de hoc casu tam mancas, et minime claras esse. Ex eo, quod de casu Domini Cline jam dictum est, lector recordabitur, tumorem aneurismaticum permagnum incrementum prope duo annos accepisse, pulsationem ejus vehementem, ægrum tussi, respiratione deglutitioneque difficile, capitis dolore et vertigine multum vexatum; et carotide ligata, die proximo delirâsse, et tertio mortuum esse.

Symptomatum omnium accessio velox, quæ vasorum cerebri actionem valde acceleratam tam accurate indicant, jure potest attribui, ut opinor, eventui operationis affecto morbi diuturnitate, tumoris magnitudine, ejus effectu in respirationem consequenti, jugularis venæ compressione, et magis insigniter om-

nium arteriarum sanarum cerebri magna dilatatione, tamdiu et gradatim solitarum magis magisque sanguinis vehere ex circuitus sanguinis per carotidem aneurismaticam impedimento augescente, eo cursu, per quem magna vis sanguinis ad cerebrum missi adhuc ivit, subito et omnino obstructo; et omni sanguine ideo injecto in arterias jam magnopere dilatatas, et capaces ex consuetudine actionum validiorum solitas. Cerebrum hic apte comparetur membro cum ramulis, qui comitantur arteriam aneurismaticam, ampliatis, præ magni canalis quadam obstructione, et tunc sanguinem omnem ad membrum alendum missum subito accipientibus, canali ipso ligato. Quæ solita phænomena sunt notatu digna in casu posteriore? Nonne calor auctus, rubor, intumescentia, et pulsatio, sine controversia indicant vim auctam, qua rami dilatati arteriæ magnæ muneribus functuri, insolita sanguinis mole accepta, contrahuntur, et eum per ramos minimos propellunt? Si liceat hæc inter se comparare, (et quid ve-

taret dictu difficile est), deducenda, ex magna copia sanguinis, ex ejus circuitu libero per cerebrum, et hujus gravibus functionibus, simplicia et ante oculos posita sunt. Cerebrum, ex toto obstructione unius arteriarum præcipuarum, magnam sanguinis privationem subito experitur: effectum, ut jam dixi, esse oportet, ut sana carotis dilatata, et vertebrales violenter agant; et pro earum incremento, contractione valida, et sanguinis ad cerebrum missi aucta quantitate consequentibus, irritationem et ejus organi oppressionem succedere oportet. *Gradationes* forsan variæ essent; et morbi diuturnitate, et effectibus jam dictis in arteriis dilatandis et copia sanguinis per eas fluentis, multum regerentur et mutarentur; forsitan ex lingua tantum alba, pulsu modice accelerato, facie erubescente, et incremento caloris leni, usque ad delirium ferox, et ex effusione, ad stuporem et mortem.

Sciens evitavi insistere, quantum jugularem venam pressam et respirationem inde

impeditam contulisse, necesse est, in casu præsenti, ex tumoris magnitudine, ad omnia symptomata lethalia augenda, et ad fatum properandum: quia inducor ut crederem horum rationem esse satis reddendam, sine illarum causarum valde potentium actione; sed peculiari irritatione arteriarum cerebri genita ex opio dato, et effectibus ejus auctis per exiguas et repetitas portiones adhibitas, in animo habitis, omnia habemus quæcunque *morbum ipsum mox et valde periculosum, et operationem haud dubie mortiferam*, reddere possunt. Quoad sententiæ accurationem, qua hic usus sum, fortasse tantum *dissectione* prorsus firmari potest. Quantum quod ad pathologiæ progressum, hæc occasio amissa in Domini Cline casu sit deploranda, non opus mihi longo sermone exponere: unica occasio est, quæ cerebrum post operationem recentem scrutandi inciderit, ex tempore quo Dominus Cooper pro *carotico aneurismate* operationem perfecit, et ex quo chirurgiæ et pa-

thologiæ hic parti utilissimæ studium medicorum deditum est.

Casus dissectio, in quo Dominus Abernethy, ob carotidis internæ et ramorum magnorum carotidis externæ lacerationem, carotidem communem ligavit, quodammodo, secundum sententiam Domini Abernethy, quasdam opiniones quæ a me hic prolatæ sunt de casus Domini Cline exitu, firmaret. Casus tamen adeo inter se dissimiles in quibusdam rebus maximi momenti mihi videntur, ut ullam inter eos similitudinem vix reperiam. Casus Domini Abernethy est optimum exemplum actionis arteriosæ vehementer auctæ subito evenientis, et delirio, nervorum distensione et morte finitæ. Inflammatio genita omnino est attributa a Domino Abernethy circuitui sanguinis per cerebrum impedito, nulla alia ratione data ad rationem reddendam cur hæc causa talem exitum produceret. Actio arteriarum cerebri haud dubie augeretur, e sententia quam per observationes jam memoratas proposui; sed ex iisdem opinionibus, et e re-

bus quibus nituntur apparet, etiam in casibus ubi arteriæ valde dilatarentur, ubi earum actio validissima esset ante carotidem deletam, nulla talia inflammationis aut irritationis signa evenisse; neque ullum signum, unde judicari possit actionem arteriarum cerebri incitatam esse. In casu equidem Domini Cline, effectus omnino diversos cernimus: ibi cerebrum hujus actionis auctæ pessimis effectibus oppressum est; sed inter hujus casus naturam et omnium aliorum diversitas ex iis quæ dicta sunt satis constat. Porro verisimile est, ob reditum sanguinis obstructum a capite, per respirationem impeditam, et tumorem aneurismaticum venam jugularem prementem, delirium ex aucta actione arteriosa ortum *modificatum* esse, congestione venosa, et statu apoplectico in lethalem effusionem subito inductam desinente: sed res ipsæ, et modus quo narrantur, nulla testimonia præbent ad hujus opinionis veritatem corroborandam. In casu Domini Abernethy, injuriæ rudi et gravi, quam æger sustinuerat,

et ictui violenti quem caput passum erat, multum ascribere volo. *Verum est carotidem esse ligatam;* sed aliis cerebri arteriis adhuc solita magnitudo fuit; tamen cerebrum inflammatum fiebat, et *æger horis triginta moriebatur nervorum distentione.* In casu Domini Cline infelici, *æger post operationem triduum vixit, quamvis multæ causæ valde contulerunt operam, primo, vehemente actione arteriosa ad cerebrum stimulandum, et denique circuitus sanguinis in ejus venis obstructione, ad id opprimendum.* Dominus Abernethy concedit, cerebri aspectum in ægro suo fuisse similem ei in concussione, inflammatione excepta: tamen concussionem ad productionem horum phænomenorum et inflammationis comitantis valuisse, haud suggerit. Repeto, casu Domini Cooper, nullum inflammationis excitatæ esse indicium, ubi *carotis, arteriis cæteris ampliatis, esset ligata:* e contrario, irritationis indicia quæ ægrum ante operationem vexaverant, subito esse sublevata. Satis constat, opinor, Dominum Abernethy,

in casu præsenti, a solitis accuratis inductis in pathologia hic deflexisse, antea conceptis et falsis sententiis, de momento gravi circuitus regularis in cerebro, et de effectu lethali qui ex altera carotidum ligata necessario oriri ei videretur; sed in his sententiis Dominus Abernethy, sine dubio, a plerisque pathologorum et chirurgorum celebrium, et antiquorum et recentiorum firmabatur, donec Dominus Cooper, clare percipiens quam tuto carotis ob ejus aneurisma ligaretur, neque permotus exitu hujus casus lethali, et ratiocinatione speciosa qua in medium proferebatur, arteriam ligavit; primo adversa fortuna, ut jam constitit: nil tamen hinc desperans, sed potius fiducia ejus firmata, operationem iterum fecit, in primo casu qui se ei obtulit; et res tam bene verterunt quam ejus sententia sperare ei dederat.

Ex hac parte tractatus, ultro ducimur reputare de probabili operationis aneurismatis carotici exitu in consuetis ejus exemplis.

Ex eo, quod dictum est, omnia exitui felici, morbo jam recentiore, favere: certe vix aliquid præterea opus esse videretur, ut maxime dubitantes tandem perspicerent hujus operationis maximum pretium, et spem inde derivatam morbum hactenus terribilem et immedicabilem summovendi; tamen invidiose aut forsan inconsiderate affirmatum est a quibusdam chirurgis inclytis, etiam post Domini Cooper casum ultimum et felicem, operationem semper fore ultimum et dubium auxilium, et vix chirurgo perito perficiendam. Quamvis inducor putare, has longe abesse a sententiis veris eorum qui eas ediderunt, tamen multum firmabantur ex recenti infelici casu Domini Cline; qui *a priori* parum excitaverit spei illi chirurgo inclyto operationem felicem fore. Bene notum est in unaquaque fere operatione capitali chirurgiæ, quantum operationis fama attrita sit, si tum adhibeatur, quum nulla vis naturæ aut artis

eam prosperam reddere valeret*. Jam constitit quam diversas expectationes oporteret fuisse originem ducentes a casuum natura diversa sub cura Domini Cooper, et recentis Domini Cline: in priore, tumores parvi erant, et tantum paucos menses extiterant, et arteriæ sanæ cerebri ideo multo minus dilatatæ erant; vena jugularis non tam valde comprimebatur, et respirationis impedimentum, ex trachea compressa, multo minus vexabat.

Ex observationibus præcedentibus, et exempli sub cura Domini Cline exitu, mihi omnino perspicuum videtur, quanto plus spei ex carotide ligata cum aneurisma recens et parvæ molis sit, quam ubi diu permanserit, et ad magnitudinem non exiguam creverit: sa-

---

* A me longe absit hac observatione bonam et meritam celebritatem Domini Cline obscurare, quia hanc operationem fecit; mihi optime persuasum est, nullum candidum esse lectorem qui mecum non admirabitur et laudabit Domini Cline conatum, ut homini infelici spem vitæ servandæ unicam præbeat, quamvis contra ejus opinionem et usum.

tis confirmatur, ut credo, ex peculiari motu sanguinis per partes in hoc morbo affectas et vicinas, uniuscujusque diei moram, tumore sic adaugescente, cerebri arteriis sanis dilatatis, vena jugulari compressa et respiratione impedita, operationis exitum secundum vix sperandum facturam esse: a quibusdam creditur rem contrario se habere in corporis extremitatum aneurismatibus, ubi arteriæ conjugæ laterales dilatantur pro ratione motus sanguinis impediti per truncum affectum, ob tumorem paulatim auctum. Ad arteriam citra sedem aneurismatis fausto eventu ligandam, aliquam morbi diuturnitatem et arteriæ molem satis amplam conferre aut necessarias esse existimatur; quæ tamen tumoris aspectu, ossium proximitate, et membri ægri et valetudinis generalis conditione, haud dubie temperantur. Cognitio fere innumerorum itinerum lateralium, quæ natura artificio extruxit mirabili in arteriis, vix hanc sententiam etiam chirurgos inclytos dedocuit; quorum multi adhuc ducunt operationi multo

minus confidendum esse, aneurismate jam recentiore; et eo magis quum æger gravis ætate sit. Quicquid tamen spei aut metus sit, de perfecto sanguinis circuitu per artum affectum restituendo, arteria præcipua ligata antequam satis temporis elapsum fuerit uti *collaterales* dilatentur; nulli metus aut suspiciones hujusmodi, *quod ad partes per carotides alitas*, nunc medicos agitare possunt, de harum partium *incitabilitate et vi vitali conservanda;* qualiscunque sententia aut *fuerit*, aut *est*, de injuria cerebro allata, *utpote mentis ipsius sede*, ex diminuto aliquandiu subsidio solito sanguinis. Maximum periculum, e contrario, cui vix nimis insistere possumus, est, morbo provectiore, repeto, aucta moles sanguinis ad cerebrum missa impetu quo per carotidis sanæ et vertebralium ramos ampliatos circumfertur, illud organum tenerum opprimens.

De manu habili qua opus est ad vasa magna cervicis patefacienda, eorum vagina secta, ad venam jugularem et partem vagam sejungendas, et carotidem ligandam, ni-

mis certus sum timiditatis et perturbationis ignorantium et insciorum in quaque gravi et incerta operatione, ut putarem unquam illis in animos venturum, arteriam magnam tam necessariam ad vitam patefacere, et sine instrumento comprimente. At satis constat, hanc operationem illis bene eruditis chirurgis nunquam terrorem incutere, qui priusquam incipiunt, consulunt et scientiæ anatomes et manus solertiæ maxime confidunt, ex quibus constantia et animus æquus et cautus originem ducunt.

Quæstio, quæ investigationem acrem et æquam proxime meretur, est, quantum periculi, ex ligamenti effectu in eam arteriæ partem, quam amplectitur, pertimescendum sit. In statu sano, uti opinatur Scarpa, eo facilius latera adversa arteriæ cohærebunt, ubi ligamento in mutuum contactum ferantur, quo majore vi vitali arteria fruatur, id est, quo minus a corde distaret, et quo velocior ejus sanguis inde moveatur. Quod ad quæstionem, an tunicæ arteriæ carotidis an arteriarum

aliarum sæpius morbidæ essent, dissectio quotidiana sine dubio docet, dum carotidem vix invenimus *rigidam, in os versam, aut exulceratam*, talem morbidum aspectum sæpissime, imo *provecta ætate* jure dicerem fere semper, iliacæ externæ, femorali, et popliteæ arteriis accidere. Observationes utilissimæ in opere D. Joannis Bell jam citato repertæ *, et sententia præstantissima Profess. Scarpa †, abunde ostendent, quantum status tunicarum arteriæ, ubi ligatur, omnium operationum, ob aneurismata aut arteriarum vulnera, eventum regit et afficit; etiamque quanto frequentiores in arteriis extremitatum inferiorum morbi sunt, quam in arteriis partium aliarum corporis, ubi subsidii causa operatio fieri possit. Nonne mirum videretur, si hi qui strenue arteriam iliacam externam ligandam præcipiunt in *inguinis aneurismate*, ubi Pau-

* Principles of Surgery, vol. 1. p. 221.

† Scarpa, Sull' Aneurisma, &c. p. 53. § 17.

partii ligamentum tumore erigitur, aliquid operationis præ aneurismate carotico saluti aut eventus felicis spei inde derivatæ objicerent? Certe in casibus communibus hæc operatio semper tutior existimetur illa, in qua operatio vere difficilis est, et arteria, e legibus notissimis jam dictis, difficilius sanescit *etiam in statu sano*; cujus tunicæ etiam multo magis morbo obnoxiæ sunt, et in qua ligamentum juxta ipsum tumorem aneurismaticum necessario admovetur, (res quæ valde adversa est, et cui operationis infaustum exitum maxime attribuerem); ut silentio transirem periculum peritonæum lædendi aut inflammandi, et abscessus qui operationi succedunt, in loco ad puris exitum valde incommodo: quod sub musculis latens, et arteriam, citra et ultra ligamenta, a partibus circumjacentibus disjungens, ad metum hæmorrhagiæ secondariæ plurimum confert. Tantummodo necessarium est historiam hujus operationis, quæ a Dominis Abernethy, Freer, Tomlinson et Cooper perfecta est, perlegere, ut inde clarissime perci-

peremus multo majorem salutem et certiorem successum operationis pro *aneurismate carotico.* Nulla caries ossis timenda est, (ut in aneurismate poplitis), nec ulla artuum rigiditas insanabilis; nullus timor gangrænæ partium, ad quas arteria ligata sanguinem mittere solebat; minimum est periculi, hac arteria aliis comparata, hæmorrhagiæ secondariæ ex tunicis arteriosis apud locum ligamenti affectis; et nullus fere metus, ne arteria pure a partibus vicinis separetur; quod vix aut ne vix includi aut colligi potest, ob ægri situm, (cujus caput, ob multas graves causas, etiam in lecto erigi debet), et ob laryngis et musculi mastoidei actionem. Quid igitur metus hæc operatio de carotide facta incutere debet? Hic metus est umbra mera eorum animos tantum obscurans, qui de provido Dei consilio, quod elucet in fabrica corporis humani (operis multiplicis et consummati) rite judicare nequeunt. Si aliquis etiam objiceret mentis injuriam accipientis periculum, cerebro *pabulo privato:* respondeo, *Experimenta*

præstantissima in corpus humanum, ducem certissimum et optimum in quæstionibus tam singularis et gravis momenti, luculentissime confirmâsse nihil exinde timendum. Periculi declarationes ineptæ et illiberales ab iis disseminentur, qui a rebus novis etiamsi scientiæ veræ utilibus abhorrent, præ timore (laude scilicet dignissimo) ne scientiæ humanæ futilitatem doceantur, i. e. ne ad principia ediscenda iterum quasi mittantur. Sed iniquitas et improbum consilium istorum hominum nimis manifesta sunt, ut aliqua ex parte nocerent. Quid igitur, repeto, ex hac operatione timendum, quam mihi persuasissimum est generi humano beneficio maximo futuram esse? respondeo, (et demonstratum esse opinor), minus timendum esse ubi aneurisma caroticum adhuc recens est, et homo alias sanus, quam arteriis artuum inferiorum affectis, et cæteris paribus: hic autem, (et notatu dignissimum est), arteria *iterum iterumque* ab imperitissimis et ignaris nullo omnino discrimine ligata est. Quæcunque objici possunt, e lethali

exitu primæ operationis a Domino Cooper pro aneurismate carotico factæ, ubi saccus suppurans, pharyngem et laryngem premens occidit, satis refelletur, ut credo, historia hujus casus quam cito prolaturus est. Fere omnia de re chirurgica scripta exemplis exitus similis ex aliquibus tumoribus similiter positis abundant: et in aneurismate carotico recente, nullus omnino dubito quin suppuratio *regimine idoneo* fere semper præcaveri possit. De casu sub cura Domini Cline, in quo ostendere conatus sum exitum *antea* esse expectandum, jam satis dictum est. Quis chirurgus arteriam femoralem ob aneurisma poplitis ligaret, ex morbi diuturnitate, tumoris magnitudine, et doloribus vehementibus ægrum vexantibus, cariem articuli genu jam factam esse intelligens? Quis chirurgus, boni eventus spe, arteriam femoralem ob aneurisma magnum ligaret, membro frigido et calloso, pulsu apud tarsum aut dorsum pedis non percipiendo, et cute hic illic passim livida? Quis chirurgus, dummodo sit artis peritus,

ob aneurisma inguinis arteriam iliacam externam ligaret, simul apud thoracem et abdomen pulsationem sentiens, unde pro comperto habuit aneurisma aortæ extitisse? Quis, denique, in aneurismate, ubi tumor permagnæ molis fere biennium extiterat, carotidem iterum ligaret, dum æger vehementi capitis dolore et spirandi et devorandi magna difficultate laborat, et quum actio abnormis vertebralium et carotidis ampliatarum, et vena jugularis assidue compressa, fatum inevitabile misero minitantur?

APPENDIX.

Nunc restat ut ea exempla aneurismatis arteriæ carotidis subjicerem, de quibus in historia jam absoluta dixi. Quia pauca sunt, et gravis momenti, non mihi consilium est sermonem quo narrantur contrahere, aut Latino mutare; facillime enim sententia scriptoris percipitur, propriis verbis edita.

Præ multis causis consilium ante initum reliqui; nempe quædam adjicere *de diagnosi*, et quomodo aneurisma carotidis ab aliis colli tumoribus dignoscatur, qui, e propriis arteriis aut carotide subjacente micantibus, false pro aneurismate hujus arteriæ habeantur. Semel

mihi contigit hunc errorem testari, ubi chirurgus exercitatissimus suæ artis, medicinam faciens apud nosocomium fere amplissimum Londinense, fallebatur. Ancilla eo vecta est bronchocele laborans; tumor amplus erat, maxime lobi sinistri, et obtegebat carotidem ejus lateris; tumor valde *pulsabat*, partim e suis arteriis ampliatis, partim e motu carotidis subjectæ : chirurgus statim aneurisma hujus arteriæ affuisse prædicabat; et expertissimi inter studiosos medicinæ nosocomium frequentantes ita senserunt: donec Dom. Cooper, eo acumine quo tantopere elucet, simulatque viserat ægram, morbi naturam indicabat, *isto sulco, qui lobos glandulæ thyroideæ inter se diducit, inter devorandum observato.*

Dominus Cline apud ejus prælectiones optimas, alumnis exhibet venam jugularem internam dilatatam, arte anatomica præparatam, quam, homine spirante, multi chirurgi putârant esse aneurisma carotidis, propter motum pulsatilem quem tumor ab hac arteria vicina acceperat. Diagnosis tamen nimis manifesta

est in tali casu ut acrior scrutator fallatur; hic enim tumor sanguine superne descendente impletur; in hoc aneurismate *spurio aut varicoso*, (ut vocari potest), vena dirupta et profusione sanguinis æger mortuus est.

Quivis abscessus communis aut *strumosus*, arteriam carotidem obtegens, (quod certe non raro fit), tali motu cieatur, quali verum aneurisma, pure contento motu arteriæ carotidis impulso. Idem fas est dictu de profusione sanguinis in partes carotidem circumdantes ex vasis sanguiferis fere innumeris hic loci sitis, ruptis aut vulneratis. Scarpa sic loquitur de hac re: "Alcune volte, per verità, nel "collo sono stati presi dei sbagli, e fu giudi-"cato esservi un Aneurisma, quando la malat-"tia non era propriamente che una ghiandola "indurita, siccome la Tireoidea, o qualche "ghiandola linfatica ingrossata, la quale ri-"ceva un'impulsione dalle Carotide sulla "quale appoggiava. L'Allero (*Opusc. Pa-"tholog*. Obs. vi.) scrisse d'un soggetto cui "fu giudicato avere un aneurisma della

"Carotide, nel quale, dopo morte, fu tro-
"vata la Carotide in istato sano, e natu-
"rale*." Nullius esset momenti longam orationem habere de iis morbis quos medici false aneurisma carotidis judicare possunt, nisi par metus esset ne *hoc* pro *illis* haberi posset, et ne scalpellum immissum ad pus aut sanguinem effusum in telam cellulosam ejiciendum, quamprimum arteria carotide vulnerata occideret; ex hac ipsa causa miles mortuus est, cujus affectum in ejus primo casu Scarpa memorat: "Dopo sei mesi ebbi "contezza, che questo infelice aveva perduto "la vita fra le mani d'un ignorante Ciarlata-"no, *che gli aveva aperto il tumore creduto un* "*ascesso.*" (Vide casum in hac Append.) In exemplo aneurismatis carotidis cujus Hallerus meminit, vix fecit ut chirurgus a ferro

* Nequeo invenire hanc observationem apud Hallerum: ejus observatio sexta ad *strumam* pertinet, neque aliquid de re proposita habet. Ob casum Halleri apud hanc Append. lector dijudicare poterit, necne illum perinsignem pathologum natura morbi fefellerit.

immittendo, *quo pus expelleret*, abstineret. "Ut chirurgus, *quem aliqua undulatio tumo-* "*ris fallebat, jam cultrum expediret, quem* "*ægre nos retinuimus, quibus pulsus* obscu- "rior equidem, tamen suspicionem moverat." (Vide casum in hac Append.)

Apud paginas secuturas quædam exempla sunt gravissimi momenti de quibus non supra dixi: horum historias accepi, dissertatione jam scripta et in manibus Professoris Monro. Grates sinceras habeo Domino Cooper ob eas historias quibus me donavit. Quod publico testimonio mihi licet reddere gratias Domino Travers propter ea quæ mecum communicavit de re proposita, magna voluptate afficior. Dominus Travers cultoribus rei chirurgicæ nimis notus est, et ejus ingenium nimis elucet, ut mihi opus esset hic amplioribus uti verbis; at vero non possum non lætari, in animo pendens quantum excolenda et augenda est, conatibus alumni illius viri Domini Cooper, qui tanto honore fungitur officio spectatissimo et gravissimo apud nosoco-

mium Guy, et qui habet alias occasiones optimas ejus scientiam eximiam rei medicæ exercendi et promovendi *.

Exemplum Aneurismatis Arteriæ Carotidis a Petit prolatum †.

Au commencement de l'année 1758, M. Vieillard, médecin de Paris, homme d'esprit et très instruit dans son art, s'apperçut que M. son frère, avocat du roi au bailliage de Saint-Lô, portoit sous le côté droit de la mâchoire inférieure une petite tumeur à laquelle personne n'avoit encore pris garde. Ce mal étoit très léger en apparence, et cependant M. Vieillard le médecin s'en alarma, au point de dire à quelques personnes qu'il regardoit son

* Mr Travers is Demonstrator of Anatomy at Guy's Hospital, Surgeon to the Honorable East India Company, &c.

† Les Mémoires de l'Acad. des Sciences, An, 1765.

frère comme un homme mort. Ses craintes, qu'il ne chercha point à dissimuler, ne passèrent point dans l'esprit de son frère ; celui-ci prétendoit que son mal n'étoit qu'une bagatelle, et il ne voulut pratiquer aucun des remèdes qui pour lors lui furent conseillés. Mais voyant, deux mois après cette première époque, que la tumeur s'étoit accrue de moitié, il consentit à appliquer dessus un bandage propre à la contenir ; il n'en recueillit aucun fruit, la tumeur continua à s'augmenter ; le malade se dégoûta du bandage, et le quitta : il s'agissoit de trouver un autre moyen de s'opposer au progrès du mal. On assembla dans cette intention plusieurs médecins et chirurgiens ; M. Bourdelin, membre de cette Académie, étoit du nombre des consultans ; j'en étois aussi. Par l'examen que nous fimes de la tumeur, nous reconnumes qu'elle étoit situés un peu plus bas que l'angle de la mâchoire inférieure, qu'elle étoit de la grosseur d'un œuf de pigeon, qu'on y sentoit une pulsation très-manifeste, et quand

on la comprimoit, on la faisoit disparoître; mais bien-tôt après elle se representoit comme auparavant. Presque tous les consultans furent du même avis sur la nature de la tumeur: on décida que c'étoit un anévrisme vrai; les sentimens se partagèrent, quand il fut question de fixer précisément le siége de cet anévrisme; et mon particulier je présumois que c'étoit vers la bifurcation du tronc de la carotide, que la dilatation s'étoit faite: on convint géneralement que le cas n'étoit pas sans danger, et que, pour le prévenir, les fréquentes saignées étoient nécessaires; on conseilla de plus au malade, d'observer le plus grande régime, et d'éviter avec soin tout exercice violent tant du corps que de l'esprit. M. Vieillard exécuta pendant près de trois mois ce qui avoit été décidé dans la consultation: la tumeur diminua de moitié, et le malade se voyant en train de guérison quitta Paris, pour s'en retourner à Saint-Lô.

Ce fut lors de ce départ que M. Vieillard le médecin dit à plusieurs personnes, qu'il

croyoit que le reste de l'anévrisme achèveroit de disparoître ; qu'il pensoit de plus que la cavité de l'artère elle-même s'effaceroit entièrement ; et qu'alors il y auroit tout à craindre pour les jours de son frère : qu'il ne seroit pas étonné de recevoir au premier moment la nouvelle de sa mort : l'évènement n'a que trop justifié la hardiesse de ce pronostic singulier. De retour à Saint-Lô, M. Vieillard, jouissant en apparence d'une bonne santé, oublia les conseils que nous lui avions donnés ; il negligea de se faire saigner ; il abandonna le régime et reprit sa manière de vivre ordinaire ; la tumeur n'en continua pas moins à diminuer, et disparut enfin tout-à-fait.

Au bout de deux ou trois ans, quelques affaires ayant appellé M. Vieillard à Paris, je le vis, je l'examinai, et je m'assurai par moi-même, qu'il ne restoit de l'ancienne tumeur prétendue anévrismale qu'un petit nœud situé sous la mâchoire, à l'endroit ou la tumeur avoit existé ; ce nœud étoit fort dur, d'une forme oblongue, et sans aucune pulsation ;

les artères temporales et maxillaires de ce côté battoient très-foiblement. Ce changement, qui n'avoit été attendu que de M. Vieillard le médecin, n'avoit apporté d'autre incommodité au malade que celle de prononcer avec un sorte de difficulté, de bégayer un peu, et d'avoir la bouche habituellement remplie de salive, enfin de ne pouvoir tirer la langue hors de la bouche.

Sept ans se sont écoulés dans cet état, sans que pendant tout ce tems il soit arrivé le moindre accident : vers la Pentecôte de l'année dernière, M. Vieillard vint à Paris en assez bonne santé, mais il étoit aisé de s'appercevoir que sa bouche étoit inondée d'une plus grande quantité de salive, et que la prononciation étoit plus difficile. Enfin le Samedi 24 Novembre, il fut frappé d'une forte apoplexie, dont il est mort au bout de quelques jours. On avoit observé dans les trois ou quatre jours qui avoient précedé cette attaque, qu'il étoit comme une personne ivre, qu'il ne raisonnoit pas juste, et que d'un mo-

ment à l'autre il ne se souvenoit pas de ce qu'il venoit de dire ou faire. J'ai fait la dissection de son cadavre en présence de plusieurs personnes, et notamment de M. Maloët, très-habile médecin, avec lequel j'avois vu le malade dans le tems de sa dernière maladie: voici les choses que nous y avons observées.

Le côté droit du cerveau étoit couvert d'une sérosité sanguinolente; sous cet épanchement le cerveau étoit sain, il n'y avoit aucun épanchement à l'exterieur du côté opposé, mais en ouvrant le ventricule supérieur il en sortit environ cinq à six onces de sang diffus, et il resta un caillot de sang coagulé, de la grosseur d'un petit œuf de poule, il étoit placé en arrière sur les couches des nerfs optique; cette concrétion de sang cachoit une ample et profonde crévasse qui s'étoit faite dans la substance même du cerveau à l'endroit designé; il est évident que cette crévasse et l'épanchement qui s'en est suivi ont été les causes determinantes de l'a-

poplexie dont M. Vieillard est mort. Du côté gauche, c'est-à-dire du même côté où tout ce désordre s'étoit opéré, l'artère carotide et les branches qui en prennent naissance nous ont paru avoir un tiers plus de calibre que dans l'état naturel.

Ce que nous cherchions spécialement à connoître, c'étoit l'état de l'ancienne tumeur jugée anevrismale, et celui de l'artère carotide, à la dilatation de laquelle on avoit cru devoir l'attribuer ; ainsi nous tournames notre attention de ce côté, et nous découvrimes, avec un grand étonnement, au moins de ma part, que le pronostic tiré par M. Vieillard le médecin étoit pleinement justifié, *c'est-à-dire que l'artère carotide droite étoit complétement oblitérée depuis sa séparation de l'artère souclavière droite, jusqu'à sa division en deux branches principales, ce qui répond à peu près à l'angle de la mâchoire inférieure :* en se bouchant tout-à-fait, cette artère qui est ordinairement grosse comme le bout du petit doigt, s'étoit convertie en un cordon grêle, dans l'interieur duquel on ne

distinguoit aucun trace de conduit, et ce cordon pouvoit avoir environ deux lignes de diamètre. Il y avoit dans le bas de cette artère, précisément à l'endroit où elle naît de la souclavière droite, il y avoit dis-je, un petit sac anévrismal, gros comme un noix muscade ordinaire, sa tunique étoit fort mince, et l'interieur de sa cavité étoit rempli par une matière en partie graisseuse, en partie semblable à du sang desséché; on distinguoit encore l'ouverture par laquelle, avant l'oblitération de l'artère, ce sac communiquoit avec la cavité de l'artère elle-même; cette ouverture étoit fort petite. Enfin à la place de la tumeur ci-dessus décrite il se trouvoit un nœud dur, oblong, gros comme le noyau d'une olive, et qui n'avoit aucun cavité à l'interieur, les artères laryngées, sublinguales, et maxillaires y aboutissoient, et avoient un calibre plus petit que dans l'état naturel.

Exemplum ab Halleri Opusculis Pathologicis.*

Morbos varios colli diversis annis visos hoc loco adduco. Eorum princeps fuit aneurisma arteriæ carotidis, quod in hortulano anno 1749 vidisse contigit. Languerat homo obnoxius suffocationibus, pulsu veloci, ineptus ad labores, hactenus tamen valens; ut chirurgus, quem aliqua undulatio tumoris fallebat, jam cultrum expediret, quem ægre nos retinuimis, quibus pulsus, obscurior equidem, tamen suspicionem moverat.

Tumor erat albus omnino, cutique concolor, qui sensim increverat, hinc aure et maxilla inferiori, inde clavicula terminatus. In eo duritas quædam, neque satis elastica, neque puri similis latenti, neque tamen ossi, aut induratæ materiei similis erat. Cedebat sub digitis, quod tumore continebatur, neque tamen ita redibat, ut fluida solent.

Mors ipsa miserum periculosæ operationi

---

* Halleri Opuscula Pathologica, Obs. iv.

eripuit, chirurgum vero dolori, qui honestum virum non potest non premere, quoties ægro, cui subvenire conatus est, potius nocuit. Dissecuimus sub noctem, urgente occasione, partes ægras. Cuti remotæ continuo tumor ipse successit, membraneus, cellulosus, spongiosus, cuti adhærens, pugno duplo major. Eum denique longo labore ita mundavimus, ut carotidem esse, et a subclavia adusque divisionem duorum ramorum carotidis extendi adpareret. Induruerat membrana carotidis, et crassior facta erat, et amplior, ut minus deceat mirari eos, qui uterum gravidum crassiorem reddi vident.

In ipso sacco aperto multum grumorum sanguineorum fuit, quorum exterior pars et membranæ arteriosæ finitima, in spongiam cellulosam abierat. Fluidi sanguinis parum inerat.

*Exemplum e Londini Observationibus et Investigationibus Medicis**.

Richard Trigg, aged forty-eight years, of an athletic habit of body, and who had been accustomed to hard labour, his occupation being that of a porter, had likewise drank very freely, and lived otherwise with great irregularity. He had been affected with a difficulty of breathing for a month past, together with a slight cough, and at intervals he expectorated *mucus* pretty deeply tinged with blood: he had likewise, at the same time, perceived an increasing tumor on the neck, situated on the left side of the *trachea*, and the superior part of the tumor extending before it. This tumor was about the size of a small hen's egg. These complaints had gradually increased until this time, the 29th

* London Medical Observations and Inquiries, vol. vi. p. 23.

of October 1776, when he was admitted a patient into the Leicester Infirmary.

With the most able medical assistance, the difficulty of breathing and *hæmoptoe* very soon left him, and in about a week's time he became free from his complaints, except the tumor on his neck, which being supposed to be an aneurism, medical assistance, on that account, was thought to be of no avail; he was therefore discharged the hospital, apparently well in other respects.

The 9th of November he had a return of his former complaints, for which he was re-admitted into the hospital. These ills were again almost totally removed: but on the 26th of November he again spit up blood, though in a very small quantity, and without any material inconvenience. On the 27th, his spitting of blood was rather increased, but was yet inconsiderable. He had been, through the day, very cheerful, finding himself greatly relieved from his complaints, and expected a speedy recovery; he had taken

his food with a good appetite, and in the evening, after cheerfully eating his supper with the other patients, he retired to his bed in the highest spirits. Immediately afterwards he was seized with a fit of coughing, which was occasioned (as he himself expressed it) by a bit of bread going the wrong way; he was soon easier, and undressing himself, got into bed. Soon after this he was again attacked by the cough; he called out for help; he was supported over the side of the bed by two assistants, and spit up some more blood; when suddenly he brought up about eight ounces of blood and *mucus*, and instantly expired.

The cause of his sudden death not being so clearly understood as might be wished, we had recourse to an examination of the parts after death, in order the more fully to investigate it: the appearances of which, as they were shewn by dissection, I will beg leave to relate.

The left carotid artery was found dilated to the size of a small hen's egg, about an

inch and half above the *aorta*, the aneurismal sac lying obliquely upon the inferior part of the *larynx*, and the upper end of the *trachea*. This enlargement of the artery was filled with a pretty firm coagulum.

The left subclavian artery went off at a much greater distance from the carotid than usual, being situated more than an inch distant to the left of it. There did not appear to be any more aneurisms in the large arteries, which were carefully examined.

This patient had enjoyed the greatest share of health till within two months before his death; when he began to find some difficulty in breathing, and perceived the aneurism of the carotid artery to increase *.

Exemplum primum a Scarpa prolatum †.

Alcuni anni fa ho veduto, ed esaminato io pure un Aneurisma della Carotide destra in

* Quæ in hoc casu nullo modo aneurismati carotidis pertinent omittuntur.

† Scarpa, Sull' Aneurisma, &c.

un Militare, il quale precipitato col cavallo dalle mura di Mantova soffri una validissima torsione, e stiratura nel collo. Il tumore occupava il lato destro, dietro l'angolo della mascella; e porgeva in fuori come un pugno, e pulsava con grande veemenza. Dopo sei mesi ebbi contezza, che questo infelice aveva perduto la vita fra le mani d'un ignorante Ciarlatano, che gli aveva aperto il tumore creduto un ascesso.

Exemplum secundum.

In un altro caso d'Aneurisma della Carotide, il Dottore Piccinelli, primo chirurgo dello Spedale di Bergamo, e mio respettabile amico, mi ha procurato l'opportunità d'esaminare nel cadavere le parti. La Storia della malattia è come segue. Lucrezia Boffetti d'anni 44. entrò nello Spedale di Bergamo il giorno 16. Febbrajo 1803. a motivo d'un tumore pulsante della grossezza di due uovi di gallina, che essa da tre mesi portava nel lato

sinistro del collo, e che fu giudicato un Aneurisma *vero,* ossia *saccato.* Non fu possibile d'iscoprire le cagioni di questo Aneurisma. La malata non seppe dir altro, se non che erano trascorsi soltanto tre mesi, da che essa s'era accorta d'avere questo tumore nel collo, il quale, lungi d'aver ceduto all'uso d'interni, ed esterni remedj, andava anzi ogni giorno più visibilmente crescendo. Essa aveva però da due mesi un'ulcera venerea sul labbro sinistro della vulva, quantunque senza ingrossamento delle ghiandole inguinali, e senza segni manifesti di Lue. L'inferma si trovava oltre modo estenuata quando entrò nello Spedale. Non pertanto si dovettero replicare per intervalli delle picciole missioni di sangue, siccome era questo l'unico mezzo di diminuire la dolorosa distensione del tumore, e di procurare qualche sollievo alla infelice malata. Malgrado ciò il tumore s'accrebbe, ed occupò il tratto che avvi fra la clavicola, e l'angolo della mascella inferiore. Il giorno 2. d'Aprile dello stesso anno la cute

